1090 Eorundem Coniugum mutua Advitalitas

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal.
Premyslien. Generosi Nicolaus Kozlowski olim Gnosi Jacobi Kozlowski
filius ab una et Marianna Zodzinska olim Gnosi Friderici Zodzinski
cum Gnosa Marianna Zanoska procreata filia ab altera partibus Coniuges
legitimi et quidem Maritus solus pro se Consors vero cum eius Mariti dic-
tis tutoribus Coniugalibus assistentia et ultroneo ad infrascripta recognita consensu
sanamente et Corporibus existentes a terrestribus Actibus iuribusque Iurisdictionis suis
quibusvis proprijs et Comparentibus recedendo praesentisque vero Castren. Ca-
pitaneal. Premyslien. Iurisdictioni quoad actum praesentem attinet se cum Succes-
sonibus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie inscribendo
rendo et subijciendo palam libere et publice actum ex re ipsum recognoverunt
et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi
sibi mutuo et vicissim una Pars alteri omnium generaliter bonorum suo-
rum hereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium Summa-
rumque quarumvis pecuniariarum Necnon auri argenti Clenodiorum Mo-
nilium Stanni Cupri Aeris Vestium Vestimentorum Pecorum Peccudum
Equorum ac totius Supellectilis domesticae nunc habitorum et in post habendorum
mutuam Advitalitatem et Usumfructum ad extrema duntaxat vitae utri-
usque tempora inscripserunt et concesserunt tali vero modo. Quod si prius
praenominatum Gnosum Nicolaum Kozlowski Maritum quam ipsam Gnosam
Kozlowska Consortem de hac luce decedere contigerit extunc Suprascripta
Consors bona generaliter omnia in quacunque Materia et forma existentia
morte praenominati Mariti sui derelinquenda cum omnibus eorundem
utilitatibus et usufructibus tenebit habebit et possidebit illisque fru-
etur ad extrema vitae suae tempora. Post mortem vero eius Consortis
bona eadem Suprascripti Mariti propria ad Successores eiusdem Mariti absque qua-
vis contradictione Successorum Consortis pleno Iure devolventur. Si-
militer quoque si prius praenominatam Consortem quam ipsum Gene-
rosum Nicolaum Kozlowski Maritum mori evenerit extunc prae-
fatus Maritus bona generaliter omnia morte Suprascriptae Gnosae Ma-
riannae Zodzinska Consortis derelinquenda ac res Suprascriptas omnes

Cum

cum omnibus eorundem commodis et usufructu ad extrema vitae suae tempora tenebit habebit et possidebit. Post mortem vero eiusdem Mariti bona eiusdem Consortis propria ad Successores eiusdem Consortis absque contradictione Successorum Mariti totaliter devolui debebunt et tenebuntur Hac Inscriptione ad praemissa omnia mediante 1097

Actum in Castro Premysliensi feria Tertia post Dominicam Jubilate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto. 20/IV

Generosus Bolestraszycki Gso Dapifero Braclaviensi Intercisam certam Roborat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitaneal Premyslien Generosus Stanislaus Swiatopelk Bolestraszycki sanus mente et corpore existens A terminis Iuribus Iuridiciis suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Iurisdictioni vero Castren Capitan Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ex toleranti incorporando et subiiciens palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse eliberando Perillustrem et Admodum Reverendum Ioannem de Szydzie Swiatopelk Bolestraszycki Canonicum Lucerien fratrem suum germanum ab onere Inscriptionibus suis Recognoscentis ad Inscriptionem Sententiae Roboratoriam Statutionibus coram Actis Castren Lublinen feria tertia post Dominicam Misericordiae proxima Anno praesenti inter eundem Perillustrem et Admodum Reverendum Bolestraszycki fratrem suum Recognoscentis germanum et Gnosum Alexandrum Ludovicum Niezabitowski Dapiferum Braclavien Suo et Suae Recognoscentis factam Intercisam certam inter se Recognitionem atque praefatum Perillustrem et Admodum Reverendum Ioannem Bolestraszycki fratrem suum Recognoscentis ab una atque praefatum Gnosum Niezabitowski Dapiferum Braclaviensem